



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. VII. An qui cooperatur ad homicidium præstadno opem, aut auxilium, sit irregularis?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

custendam, causæ physicae, aut morali impositam, non potest æquiparatio locum habere, cùm tanhabitus talis nullo modo in delictum commissum influat.

§. VI.

An consulens homicidium injustum incurrat irregularitatem?

SI homicidium committatur ex vi dati consilij, in casu scilicet, quo qui consilium alterius audijt, non fuisset alterum occisurus, vel certe non eâ celeritate, aut crudelitate, &c. nisi consilium tale datum fuisset, irregularis fit, casu quo mors alterius subsequatur, uti sumitur ex can. perniciosè 23. dist. 1. de poenitent. & can. Si quis 8. dist. 50. ac c. Sicut dignum 6. §. Qui verum. & §. final. h. t. quia talis est causa influens in tale homicidium. Quòd si tamen consilium, quod dedit consulens, revocet ante ejus executionem, non ideo statim liber est ab irregularitate, si mors illius, contra quem consilium datum fuit, sequatur, cùm influere possit etiam consilium revocatum, & intellectus semel imbutus aliquâ opinione, non faciliè ab illa dimoveatur, sed insuper debet consulens ad evadendam irregularitatem conari ad dissuadendum homicidium, ad quod prius consilio suo juvit.

§. VII.

An qui cooperatur ad homicidium præstando opem, aut auxilium, sit irregularis?

SI auxilium, vel opem ferens sit causa propinqua homicidij commissi,

vel directè ad illud cooperando, pervertendo, & infligendo vulnere v. g. vel indirectè, detinendo v. g. eum, qui occiditur, ne fugiat, vel committendo occisorem, & suâ præsentia animando, &c. irregularitatem incurrit, ut ad mortem alterius verissimè, physice vel moraliter cooperetur, uti colligitur ex c. Sicut dignum 6. h. t. Si verò plures occidendum aliquem concurrant, & dicto modo opem ferendo cooperentur, omnes sunt irregulares, sive ex consilio & proposito aggressi fuerint, ut v. g. occasione in unum aliquem misererint plures, sive scienter eum vulneraverit aliquis, sive ignoranter, sive vulnus lethale inflixerit, sive non lethale, &c. quia omnes sunt velut una causa moralis occisionis talis.

§. VIII.

An non impediens homicidium, cùm possit ac debeat, sit irregularis?

SI non impediens præcisè tenetur in charitate illud impedire, non irregularis in foro conscientie, etiam non impedit ex odio interno, & desiderio mortis proximi, cùm in tali caso sit causa injusta homicidij, nisi contra peccatitiam peccans. Si verò ex justis causis impedit homicidium, & potest illud sine gravi suo incommodo impedire, non tamen, & quidem voluntarie, impedit irregularis est, si mors alterius sequatur, cùm sit causa moralis injusti, respectu ipsius, homicidij.